



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

2. Quod-nam sint fines, seu causæ finales huius constitutionis Clem. VIII.
Ex part. 1. tract. 6. resol. 12.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

*citato de rescript. probat Euerardus conf. 107. num. 8.
et patet ex euentu, & ab eff. clu; nam Religio ad
iudicium citata à Domino N. pro declaratione inua-
lidianum, luditacis suis professionis, nec comparuit vñquam,
ne restituit, aut instat pro inualiditate. Ergo, &c.*

*40. Notandum est hic obiter, quod hæc scripta,
perueniunt ad manus doctissimi & eruditissimi vi-
ri D.Nicolai Fernandez de Castro, qui postea in suo
Monacho milite, tract. 4. cap. 10. num. 58. nega-
vit.*

*tiam sententiam docuit, probans Cingulum militare non esse de substantia professionis Equitum Hierosolymitanorum. Sed ad eius rationes, & ad alias quas adducit nouissime Pater Lezana Conf. 5. per et & ibi in totum: facile patet ielponio ex dictis, & ex his etiam, tr. 7. Ref. 96.
quæ adducit Pater Bordonis in suis Consilia Regul. S. His ante
tom. 2. refut. 100. queft. 21. num. 38. & seq. & me
citato Pater Pelizarius in manual. Regul. tom. 2. in Ref. 108.
tract. 9. cap. 9. sect. 4. n. 127.*

*§. 2. inter me-
dium & finē,
verf. sed vñs
in Ref. 108.
S. His ante
medium, à
verf. Erita &
quæ, & in
Ref. 108. §. 2.
paulo post
initiū, à verf.
Vnde.*

TRACTATVS TERTIVS.

DE

PAUPERTATE RELIGIOSA

super Bullam Clement. VIII. de Largitione Munerum.

RESOLVTIO PRIMA.

*An ista Bulla sit vñsu recepta, & adhuc obliget ad
sui obseruationem? Ex part. 1. tractat. 6. Ref.
sol. 1.*

VISUS, & anceps circa propositam questionem, videtur remanere Vincentius Filiius in q. mor. tom. 1.
tract. 34. cap. 3. q. 12. n. 81. sed ab
solute docuit Stephanus Gratianus in suis discept.
forens. tom. 2. cap. 202. numer. 17. dictam Con-
stitutionem non fuisse vñsu receptam à Superioribus Regularibus. Et hanc sententiam nouissimè
etiam docuit noster P. Megala in part. 2. lib. 2. cap.
27. queft. 3. num. 65. sed ex communī doctrīna, ut
notat Beccanus in summa Theol. part. 2. tom. 1. tract.
3.c. 6. q. 8. n. 3. Azorius p. 1. lib. 5. c. 4. q. 1. Lessius
lib. 2. c. 22. dab. 13. num. 98. & alij, leges Pon-
tificie non obligant, nisi acceptantur à subditis. Ergo
dicta Bulla Clement. VIII. non obligabit: quia non
fuit à subditis recepta. Et hoc ait Megala, non solū
per decennium, sed spatio ferè viginti annorum,
vt omnes sciant.

2. Idem videtur docere Ioan. Valerus verb. mu-
nera, num. 106. vbi sic alterit: [Nota hanc Con-
stitutionem non solū dñe legi quotannis, in
Capitulis Monasteriorum; sed etiam esse exaran-
dam, atque scribendam in libris quoruncumque
statutorum ipsarum Religionum: quod non video
obliterari, sicut nec omnes formas præscriptas, nec
penarum infiictiones.] Sic ille. Hoc docet etiam
Homobonus de cas. refut. part. 3. cap. 3. & Victo-
relli notis ad Mar. Navarr. cap. 18. num. 105. &
post hanc scripta imenit, eundem Homobonus de
Bonis in suo examine Eccl. part. 1. tract. 7. cap. 30.
queft. 1. 3. iterum adnotare, multos viros doctos in
illa sententia esse, quod supradicta Bulla non fuerit
vñsu recepta quoad penas, que in illa continentur:
& ego hanc sententiam probabiliorem esse existi-
mo; quod nouissimè iterum docuit Megala con. 3. 3.
num. 17. Vide etiam Tannerum in 2.2. dispt. 6. q. 3.

*dub. 4. n. 107. & Scottiam in Conf. Pontific. epit.
159. theor. 399. in fin. & Peirin. de Relig. tom. 1.
cap. 2. q. 2. §. 6.*

3. Vnde ex his ego non condemnarem illum
Religiosum, qui legitimè præscriptum lequeretur
vñsu luæ Prouincie, & Religionis, circa munera
largienda, non oblitante dicta Bulla, salvo semper
&c. Verum hic Panormi quoad Moniales esse di-
ctam Bullam vñsu receptam, testitus est mihi Reue-
rendiss. Vicarius de la Riba, Vir omnis literaturæ
consultissimus.

4. Sed quidquid sit de vñsu, & obseruantia eius,
multæ difficultates circa intelligentiam supradictæ
Bullæ elucidandæ sunt, ad pacandas conscientias, &
scrupulosos à Confessoriis abigendos. Quæcōd igitur
secundū.

RESOL. II.

*Quotnam sint fines, seu cause finales huīus con-
stitutionis Clement. VIII? Ex part. 1. tract. 6.
Ref. 12.*

§. 1. **Q**uatror esse respondet Bartholomæus à
Fausto in thesano Relig. lib. 8. que-
stion. 208. Homob. de examin. Eccl. part. 1.
tractat. 9. capit. 5. question. 10. Filliae, tom. 2. tra-
ctat. 34. capit. 3. question. 6. Paulinus Berti in ex-
pli. huīus Bullæ. part. 1. principali, fol. mihi
414. col. 1. & ante illos Hieronym. à Sorbo in
Compen. præv. Prima, vt religio disciplina labefac-
ta in pristinum statum restituatur & quæ in-
columis permanet, conservetur. Secunda, vt vo-
rum paupertatis integrum seruetur. Tertia, ne bo-
na Monasteriorum vel quoruncumque Regularium
dilapidentur. Quarta, ne prava ambitione compulsi
Religiosi pro consequendis Officiis alter alterius gra-
tiam, vel protectoris, seu aliorum benevolentiam
aucupentur.

2. Sed hanc sententiam, quod partem, meritum,
impugnat Ioan. Valerus in diff. variisque fori verb.
munera, n. 20. 23. & 81. Granado in part. 2. dispt. 15.
sect. 3. n. 18. cum Patre Soufa in expos. huīus Bullæ
fundam

Tractatus Tertius.

250

fundam. 5. n. 34. vbi sic affirat: *El obviar los grandes daños, que se siguen de la dissipación del patrimonio de Cristo, y el soborno para alcanzar Oficios, y Dignidades, son razones fundamentales de esta ley. De lo qual se sigue, que no habló propriamente Fray Hieronymo à sorbo en señalar por primera razón fundamentab, la observancia regular porque ésta no es causa proxima, sino comun, de todo quanto se manda a los Religiosos: y mucho menos, exponer por secunda razon, la guarda del voto de la probreza indeterminadamente, sino entienda del abuso notable cerca de este voto, ó del quebrantamiento del en cosa grava: porque la Constitución no usa de este termino, voto de pobreza, ni se hallara en toda ella, y no quebrantandole de una de las maneras dichas, no se siguen grandes daños, y incommodo, como la ley declara; y de señalar por causa fundamental, la guarda del voto de la pobreza indeterminadamente, como este Author hace, podrían nacer muchos escrupulos, y inconvenientes. Ita ille.*

3. Non reçè igitur DD. citati adduxerunt quatuor causas finium huius Constitutionis; duas enim esse dicendum est; nempe, ne bona Monasterij dilapidentur, & ne detur ambitionis occasio: quod summoper notandum est: nam ex isto principio multæ dubitationes benignè resoluenda sunt. Vnde non bene aliqui hanc posteriorē sententiam olim noblebant admittere: est enim probabilissima, & illam præter DD. citatos tenet etiam multi Viri doctimi: de hac re à me consulti, tam ex Societate IESV, & ex Dominicanorum Familia, quam ex nostra Religione.

R E S O L . III.

An in ista Bulla Summus Pontifex considerit nouum ius circa largitiones munierum Religiosorum? Ex part. 1. tr. 6. Ref. 2.

Sup. hoc in. §. 1. **E**x resolutione huius questionis pendet defra in Ref. 12. recitat in §. viii. **X**cisio multorum causum: id est affero, præter nouam formam circa causæ approbationem, Summum Pontificem non concedere nouum ius in hac Bulla. Ita Soula in explicat, huius Bullæ fundam. 1. n. 8. ¶ §. 3. n. 72. Ortiz in summe. c. 5. n. 10. Ioan. Valerus in suis differ. viri, que fori, verb. munera, n. 1. vbi sic sit: [Hæc Constitution non est edita ad nouam disciplinam, nouamque Religioni obligationem imponendam, vel ad nouum ius introducendum.] Et n. 21. [Apparet, hanc Constitutionem non esse iurius noui introductiuam, sed reformatiuam, & iuriis communis restituam, & eideni conformem. Quare, quidquid ante hanc Constitutionem licebat, & dari iustè poterat, & nunc licet, & dari potest: quidquid nunc non licet, nec ante licebat.] Idem etiam affirat n. 37. & n. 58. Idem docet Ioan. de la Cruz de statu Relig. lib. 1. c. 3. dub. 1. concl. 3. vbi sic affirat: [Clemens VIII. in sua Bulla multa vetat Religiosis circa largitionem munierum, quæ tamen omnia, exceptis prenis ibi impositis, continentur in iure communi antiquo.] Sic ille. Ita etiam docet Patilinus Berti in explicat. huius Bullæ, part. 2. cap. 3. in fine fol. 418. col. 1.

Sup. hoc le. ge. Ref. 1. 2. Solùm igitur, vt dixi, Pontifex in hac Constitutione inducit nouam formam circa causæ approbationem. Itaque cognitione, & determinatio, quæ sit iusta causa ad munus aliquod largiendum per Religiosum Superiorem, vel inferiorem, sive per aliquem conuentum, solum spectat, & reseruat hodie per hanc Bullam generali Capitulo. Vnde colligitur, Generalem, licet habuerit à Capitulo generali

omnem potestatem Capituli generalis intra annum, seu annos; non posse le intromittere in cognitionem, & determinationem, quæ sit iusta causa ad munus aliquod largiendum, in cauſa aliquo occurrenti.

3. Ex his patet, quanti scrupuli orientur, & quantæ conscientiae inuenientur illaqueatae, si hæc Constitutione efficitus vnu recepta in Religiosibus: nisi vigore istius Bullæ nullus Superior, nec illius Conventus potest ex causa, quantumcumque iusta, delectantiam alicui Religioso ad dandum munus aliquod, nisi causa ipsa cognoscatur in capitulo generali, & vnam omnium conuenienti ibidem approbetur: quæ quidem omnia credere ferè in omnibus Religionibus non observari, etiam in Observantibus. Dicendum est igitur, vt suprà notavimus, hanc Constitutionem non esse vt plurimum apud Religiosos vnu receptam, & approbatam, salvo tempore, &c. hic Sed ex ista quæstione oritur alia. Quæro igitur.

R E S O L . IV.

An cognitione quantitatis munieris largiendi spectat etiam ad Capitulum Generale, vel ad cœduum Conuentus, & Superiores spectare, & eorum arbitrio relinqui quantitatem doni largiendi? Ex part. 1. tr. 6. Ref. 3.

§. 1. **R**Espondeo negatiuè: nam ad ipsum (vt. f. 1. suprà diximus) spectat tantum cognitione, & determinatione iusta cause dati munus. Quare, cum à iure communi non sit recessendum, nisi quatenus nouum cogit, dicendum est, sub cenfura Sedis apostolicæ cognitionem, & determinationem ad eoden Conuentus, & Superiores spectare, & eorum arbitrio relinqui quantitatem doni largiendi, cum in contextu Bullæ non determinetur, quod sit munus notabile, & quod leue, sive munificum: & sic Capitulum generale Dominicanorum, anno 1596. declarauit iustas causas largiendi munera; non autem quantitatem eorum. Hæc omnia inuenientur apud Villerum vbi suprà, n. 49. & 50. Et quia codex rarus est, Author doctissimus, aliqua ex ipso libente adducam. Si scire cupis causas approbatas à dicto Capitulo Dominicanorum, hæc sunt. Prima est gratitudine: Secunda, conciliatio bencolentie, aut eisdem conservatio; in ordine tamen ad Religionem, vel Conventum, vel in ordine ad bonum suum respectu sive ipsius. Tertia, pietas in parentes, & consanguineos visque ad quartum gradum inclusivæ. Quarta, redemptio vexationis. Sed declaranda sunt aliae circa quantitatem ipsam munerum. Quætor igitur.

R E S O L . V.

Quanti valoris debeant esse munera, et licite sunt, & non sint contra hanc constitutionem? Ex part. 1. tr. 6. Ref. 4.

§. 1. **P**relatos regulares posse sibi, & suis concordare licentiam donandi visque ad decem auctores pro causa pia, & rationabiliter, v.g. pro pauperibus, pro nupciis cognitorum, pro gratificatione beneficiorum, &c. testantur Fagundez de Praep. tradi. lib. 8. c. 6. n. 12. C orduba in sum. q. 54. Lopez p. 1. structio. c. 1. 5. 2. Ioan. de la Cruz de statu Relig. lib. 3. c. 1. p. 3. dub. 1. n. 1. 6. 2. 2. Sed, cum hoc a iure non sit determinatum, neque in hac Constitutione Summus Pontifex aliquid decernat, arbitrio Superiorum hocesse relinquitur.